

Im Januar 1906 wurde von einer im Berliner Botanischen Garten aufgezogenen weiblichen Pflanze ein Kolben eingelegt.

Kinetostigma nana Burret nov. spec. — Palma nana, adulta supra terram acaulis, sed rhizomate repente, radicante, tota 40 cm supra terram alta, frondibus contemporaneis circ. 10. Frondium vaginae dense sequentes, breviter vaginantes, dein late apertae, sensim in petiolum transeuntes, margine efibrosae, extus longitudinaliter striatae, glabrae. Petiolus cum vagina usque 13 cm longus, glaber, supra sulcatus. Lamina inter tenuiores, i. s. utrinque fere concolor, subtus vix pallidior, viridis, glabra, ambitu obovata vel potius modice angustior, basi cuneata, ad dimidiam fere biloba, angulum acutum lobis amplectens, 23 cm circ. longa, lobis 10 cm circ. longis, oblongis, apicem versus extus oblique attenuatis, sed non acuminatis, margine dentibus crenatis nonnihil, fere oblongo-productis notato. Nervi primarii utrinsecus 10—11, ardue ascendentes, angulum circ. 20° cum costa media formantes, utrinque nonnihil prominentes; inter primarios 2 secundarius subtus quam illi minus conspicuus, inter primarium secundariumque tertiarii nonnulli utrinque visibiles. Spadix simplex, gracilis, tenuis, glaber, 20 cm circ. longus, ex frondis axilla. Spathae, ut videtur, angustissime vaginantes. Spica 8 cm circ. longa, tenuis, fructibus omnibus delapsis, haud visis, insertionibus potius laxiusculis quam densiusculis. „Baccae“, ex collectoris indicationibus, „parvae, globulosae, nigrae ut illae *Chamaedoreae*“.

Costarica: Tucurrique, 800 m, ausgewachsene Palme (WERCKLE n. 31).

Die bisher monotypische Gattung ist nun in 3 Arten bekannt. Von einer Art, *K. Tuerckheimii* kennen wir jetzt auch die Früchte, die sich von denen der Gattung *Chamaedorea* durch das Fehlen der Fasern unterscheiden.

Chamaedorea angustisecta Burret nov. spec. — Caudex circ. 1 m altus, circ. 2,5 cm in diam., internodiis circ. 5 cm longis. Vagina glabra, longa, longitudinaliter costato-striata. Petiolus validus, 1 m circ. longus. Lamina 1,5 m circ. longa, segmentis numerosis, regulariter dispositis, praeter apicales omnibus nervo primario unico percursis, anguste linearibus, vix conspicue falcatis, apice sensim, anguste acuminatis, i. s. utrinque concoloribus, tenuibus. Segmenta apicalia quam sequentia circ. 2—3-plo, raro modice ultra, latiora, circ. 2—1,7 cm lata, nervis primariis 2—3 percursa, segmenta cetera maxima visa circ. 2,5 cm lata et 35 cm longa, praeter costam mediam nervis majoribus dextra sinistra 2, minoribus paucis, tenuissimis, densissimis, utrinque conspicuis. Spadix ♂ circ. 80 cm longus. Pedun-